Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



143

tas et magnificentia sanctorum eius ℣ Cantate domino canticum
nouum cantate domino omnis terra Collecta
Da nobis quesumus omnipotens deus virtutem uoluntatis
flammas extinguere qui beato laurentio
martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia
superare per dominum ad Corinthios
Fratres Qui parce seminat parce et metet
et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet Unusquisque prout destinauit
in corde suo non ex tristitia aut necessitate Hilarem enim datorem diligit deus
potens est autem deus omnem gratiam habundare facere in uobis ut in omnibus semper omnem
sufficientiam habentes habundetis in omne opus bonum sicut scriptum est Dispersit dedit
pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi
Qui autem administrat semen seminanti et panem ad manducandum prestabit et multiplicabit semen uestrum et augebit incrementa fructum
iustitie uestre Gradual Tu
probasti domine cor meum
et uisitasti nocte igne me examinasti et non est inuenta
in me iniquitas Alleluia ℣ Laurentius beatus
opus operatus est qui per signum crucis cecos illuminauit et elizeum ecclesie dedit pauperibus Sequentia
Laurentii dauid magni nur mulesque fortis Tu
imperatoris tribunal Tu manus torquentis
Spreuisti seculum desiderabilem atque
mundum fortem Qui solus potuit regna superare